

MATERNAL HEART of MARY

Traditional Latin Mass Parish, Lewisham

PROPER of the MASS

ST RAYMOND OF PENAFORT

January 23

Psalm 36: 30-31

Os iusti meditabitur sapientiam, et lingua ejus loquetur iudicium: lex Dei ejus in corde ipsius. *Ps.* Noli æmulari in malignantibus: neque zelaveris facientes iniquitatem. Gloria Patri.

DEUS qui beatum Raymundum penitentiae sacramenti insignem ministrum elegisti, et per maris undas mirabiliter traduxisti: concede; ut ejus intercessione dignos penitentiae fructus facere, et ad aeternae salutis portum pervenire valeamus. Per Dominum.

INDULGENTIAM nobis, quaesumus Domine, beata Emerentiana Virgo et Martyr, imploret; quae tibi grata sempter exstitit et merito castitatis, et tuae professione virtutis. Per Dominum.

Ecclus. 31: 8-11

BEATUS vir, qui inventus est sine macula, et qui post aurum non abiit, nec speravit in pecunia et thesauris. Quis est hic, et laudabimus eum? Fecit enim mirabilia in vita sua. Qui probatus est in illo, et perfectus est, erit illi gloria aeterna: qui potuit transgredi, et non est transgressus: facere mala, et non fecit: ideo stabilia sunt bona illius in Domino, et eleemosynas illius enarrabit omnis ecclesia sanctorum.

POSTCOMMUNION

Refreshed by meat and drink from heaven, O God, we humbly entreat Thee, that we may be protected by the prayers of him in whose memory we have partaken. Through our Lord.

COMMEMORATION of St Emerentiana

Filled with the Gifts of Thy divine bounty, we beseech Thee, O Lord, our God; that by the intercession of blessed Emerentiana, Thy Virgin and Martyr, we may partake thereof for evermore. Through our Lord.

REFECTI cibo potuque caelesti, Deus noster, te supplices exoramus: ut, in cujus haec commemoratione percepimus, ejus muniamur et precibus. Per Dominum.

DIVINI muneris largitate satiati, quaesumus Domine, Deus noster: ut, intercedente beata Emerentiana Virgine et Martyre tua, in ejus semper participatione vivamus. Per Dominum.

INTROIT

The mouth of the just man shall meditate wisdom and his tongue shall speak judgment: the law of his God is in his heart. *Ps.* Be not emulous of evil-doers; nor envy them that work iniquity. Glory be to the Father.

COLLECT

O God, Who didst elect blessed Raymond to be an eminent minister of the sacrament of penance, and didst miraculously guide him through the waves of the sea: grant that by his intercession, we may bring forth worthy fruits of penance, and reach the haven of eternal life. Through our Lord.

COMMEMORATION of St Emerentiana

May blessed Emerentiana, Thy Virgin and Martyr, we beseech Thee, O Lord, obtain pardon for us: both by her chastity and by her confession of Thy power, she was ever pleasing to Thee. Through our Lord.

EPISTLE

Blessed is the man that is found without blemish, and that hath not gone after gold, nor put his trust in money nor in treasures. Who is he, and we will praise him? For he hath done wonderful things in his life. Who hath been tried thereby, and made perfect, he shall have glory everlasting: he that could have transgressed, and hath not transgressed, and could do evil things, and hath not done them: therefore are his goods established in the Lord, and all the church of the saints shall declare his alms.

Psalm 91: 13,14

JUSTUS ut palma florébit: sicut cedrus Líbani multiplicábitur in domo Dómini. Ad annuntiándum mane misericórdiam tuam, et veritátem tuam per noctem.

James 1: 12

ALLELÚIA, alleluía. Beátus vir, qui suffert tentatióem: quóniam cum probátus fúerit, accípiet coronam vitæ. Alleluía.

After Septuagesima, the Alleluia and the Verse Beatus vir are omitted and the following is said instead:

Psalm 111: 1-3

BEATUS vir, qui timet Dominum: in mandatis ejus cupit nimis. Potens in terra erit semen ejus: generatio rectorum benedicetur. Gloria et divitiæ in domo ejus: et justitia ejus manet in sæculum sæculi.

Luke 12: 35-40

IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Sint lumbi vestri præcincti, et lucernæ ardentes in manibus vestris, et vos similes hominibus expectantibus dominum suum quando revertatur a nuptiis: ut, cum venerit et pulsaverit, confestim aperiant ei. Beati servi illi quos, cum venerit dominus, invenerit vigilantes: amen dico vobis, quod præcinget se, et faciet illos discumbere, et transiens ministrabit illis. Et si venerit in secunda vigilia, et si in tertia vigilia venerit, et ita invenerit, beati sunt servi illi. Hoc autem scitote, quoniam si sciret paterfamilias, qua hora fur veniret, vigilaret utique, et non sineret perfodi domum suam. Et vos estote parati: quia qua hora non putatis, Filius hominis veniet.

GRADUAL

The just shall flourish like the palm tree; he shall grow up like the cedar of Libanus in the house of the Lord. To show forth Thy mercy in the morning, and Thy truth in the night.

ALLELUIA

Alleluia, alleluia. Blessed is the man that endureth temptation; for when he hath been proved, he shall receive the crown of life. Alleluia.

TRACT

Blessed is the man that feareth the Lord: he shall delight exceedingly in His commandments. His seed shall be mighty upon earth: the generation of the righteous shall be blessed. Glory and wealth shall be in his house: and his justice remaineth for ever and ever.

GOSPEL

At that time, Jesus said to His disciples: Let your loins be girt, and lamps burning in your hands. And you yourselves like to men who wait for their lord, when he shall return from the wedding; that when he cometh and knocketh, they may open to him immediately. Blessed are those servants, whom the lord when he cometh, shall find watching. Amen I say to you, that he will gird himself, and make them sit down to meat, and passing will minister unto them. And if he shall come in the second watch, or come in the third watch, and find them so, blessed are those servants. But this know ye, that if the householder did know at what hour the thief would come, he would surely watch, and would not suffer his house to be broken open. Be you then also ready: for at what hour you think not, the Son of Man will come.

Psalm 88: 25

VÉRITAS mea, et misericórdia mea cum ipso: et in nómine meo exaltabitur cornu ejus.

LAUDIS tibi, Domine, hostias immolamus in tuorum commemoratione sanctorum: quibus nos et præsentibus exui malis confidimus et futuris. Per Dominum.

HOSTIAS tibi, Domine, beatæ Emerentianæ, Virginis et Martyris tuæ, dicatas meritis, benignus assume: et ad perpetuum nobis tribue provenire subsidium. Per Dominum.

VERE dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper, et ubique gratias agere: Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus: per Christum Dominum nostrum. Per quem majestatem tuam laudant Angeli, adorant Dominations, tremunt Potestates. Cæli, cælorumque Virtutes ac beata Seraphim socia exultatione concelebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admitti, jubeas, supplici confessione dicentes:

Matthew 24: 46-47

BEÁTUS servus, quem, cum vénerit dóminus, invénerit vigilátem: amen dico vobis, super ómnia bona sua constituet eum.

OFFERTORY

My truth and My mercy shall be with him: and in My name shall his horn be exalted.

SECRET

In memory of Thy Saints, O Lord, we offer Thee the sacrifice of praise, by which we trust to be freed from both present and future evils. Through our Lord.

COMMEMORATION of St Emerentiana

Graciously receive, O Lord, the offerings consecrated to Thee by the merits of blessed Emerentiana, Thy Virgin and Martyr, and grant that they may ever bring us help. Through our Lord.

COMMON PREFACE

It is truly meet and just, right and for our salvation that we should at all times and in all places, give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty, eternal God: through Christ our Lord. through Whom the Angels praise Thy Majesty, Dominations worship, Powers stand in awe. The Heavens and the Heavenly hosts together with the blessed Seraphim in triumphant chorus unite to celebrate it. Together with them we entreat Thee, that Thou mayest bid our voices also to be admitted, while we say in lowly praise:

COMMUNION

Blessed is the servant, whom when the Lord shall come, He shall find watching: Amen I say to you, He shall set him over all his goods.